

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Nicolai Alardi, Pastoris Steinbeccensis, Bibliotheca
Harmonico-Biblica**

Alard, Nicolaus

Hamburgi, MDCCXXV

VD18 10490701

Caput I. De Anonymia.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17504

& Apostolicis Evangelicas concinentes. Unum“
enim esse novit perfectum & aptum instrumen-“
tum Dei Scripturam universam, quæ unam ab-“
solvit ex diversis sonis, iis, qui discere volunt, sa-“
lutarem vocem, vim omnein mali spiritus sedan-“
tem & cohibentem, quemadmodum compesce-“
bat Davidis Musica Spiritum malum, qui inva-“
serat Saul, & ipsum suffocabat.,,

Sectio II.

De

SCRIPTORIBUS HARMONI- CIS PERPETUIS.

CAPUT I.

De Anonymis.

Historia Harmonico-Biblica absoluta, bono
cum Deo progredimur ad Scriptores, qui
ex professo in hac palaestra desudarunt.
Hos ipsos diversi generis esse, res ipsa loquitur,
quos proinde boni ordinis causa in certas classes
dispescendos esse puto.. Nihil nobis rei est cum
diversarum religionum commentatoribus, nisi
forte præ reliquis symbolas suas harmonicas con-
tulerint; neque cum scriptoribus, quos vocant,
practicis seu homileticis, ceterisque Harmoniae

C 4

spar-

sparsim studentibus; sed eos duntaxat pro viribus
enumerabimus, qui data opera per integrum co-
dicem sacrum omnes nervos, in hoc studiorum
genere intenderunt. Prodeant ergo primum
scripta *ad eis πολεῖς*, quotquot nobis innotuerunt:

Libri tres *τῶν Αντικειμένων*, id est contrario-
rum in speciem veteris Testamenti locorum, in-
certo autore, editi ab *Henrico Sacbfo*, qui *Kænigio*
Bibl. V. & N. perperam *Guilbelmus* vocatur. 8. Bo-
lon. 1532. Colon. 1540. Venet. 1582. 12. Parif.
1556. *Le Long.* Bibl. S.

Conciliatio Scripturæ, seu de locis Scripturæ,
quæ inter se pugnare videntur. 8. Basil. 1563. 4.
Amstel. 1633. Germanice prodiit sub titulo:
**Conciliationes, das ist, Vergleichung etlicher Sprü-
che der H. Schrifft, welche scheinen, als ob sie wieder
einander seyn.** 8. Lips. 1602. *Lipen.* B. T. tit. Con-
cil. SS. & Harm. Bibl.

Concordantia præcipuarum Historiarum sa-
cræ Scripturæ. Anglice 8. Lond. 1563. *Le Long*
B. S.

Harmonia Bibliorum veteris & novi Testa-
menti, sive conciliatio locorum sacræ Scripturæ,
quæ inter se pugnare videntur, solutis trecentis
contradictionibus. Anglice in fol. Lond. 1662.
Le Long. B. S.

J. T. Reconcilier of the Bible, viz. of places
seemingly difficult. 8. London 1656. *Lipen.* B. T.
tit. Concil. SS.

De Concordia apparenter discordantium au-
toritatum Scripturæ S. Incip. Reverendo in Chri-
sti

sti visceribus &c. Frater G. humilis servus. Item Concordia testimoniorum de epistolis S. Paulli à B. Gregorio Pont. MSt. Vid. *Eryci Puteani* auspicia Bibl. Lovan. p. 125.

CAPUT II.

De Judæis.

Judæis a plurimis retro seculis concredita esse O-
racula Dei, Paulus Rom. III. 1. testatur, quæ
quoad vetus Testamentum ab Antilogiarum labo
haud infelici successu nonnulli purgavere. *Ebrai*
enim, inquit B. D. Aug. *Pfeifferus* Hermen. S. p. m.
190. f. ἐναντίον Φανόμενα τα alia dubia textualia ex
longo rerum usu nonnunquam satis feliciter expediunt.
Huc spectat monitum *Christ. Cartwrighti* in Epist.
Dedic. libri annotat. in Exodus ad Jac. Usserium
Armachanum: „Ut in omne genus Scripto-“
rum, ita & in Rabbinis delectus est habendus:“
aliam namque Talmudicorum, alia commentario-“
rum estratio - - - quin & commentarii,“
quos vocant *Peruchim*, ab iis, qui *Midraschim*“
nuncupantur, longe sunt diversi - - - Nam“
mystici illi commentarii, quos vocant *Midra-“*
schim, ineptiis saepe inserti sunt; at Expositio-“
nes, quas appellant *Peruchim*, ab insulis istius-“
modi commentis plerumque immunes esse ap-“
paret. Imo ex Hebræis sunt, qui præter quam“
quod ex Hebraicarum literarum peritia pluri-“
ma tradant, quæ vix ac ne vix quidem alibi re-“
periantur, adeo in sacri textus sensu investigan-“

C 5 do,